



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

12. Ara Domus Sapientiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

ungitur pro Deuoto Sapientiae monitiuncula. *In omnibus operibus tuis memorare Nouissima tua, & in aeternum non peccabis, Ecclesiastici VII. 40.*

ARTICVLVS XII.

A R A

Domus Sapientiae.

SPECTATUR in Domus penetrali; tanquam in Sa-
cto-Sanctorum Templi, Ara, siue Altare, sine quo
nullum deberet esse Adolescentis studiosi museum
nullum Doctoris sacrarium, studijs dicatum. Ara autem
Sapientiae, non est carnalibus vitulorum & bouum,
quibus non est amplius DEO cura, sed spiritualibus
operationum sanctarum sacrificijs destinata. Quae
pergitur quotidie odoriferis aquis innocentiae, castita-
tis, deuotionis, & poenitentiae, aut amoris lacrymis. Ad
eam offeruntur mane, meridie, uesperis vituli labiorum
Cor contritum, & humiliatum: oblatio munda, Deo
grata, Sacrificium placabile, Sacrificium recordationis
Sacrificium iustitiae: hostia & holocaustum obediens
aeternae in hoc penetrali, dispositis per orbem columnarum
lis insistent Reges aliquot Gentis Iudaicae, praereliqui
Sapientia & rebus gestis clarissimi. Inter quos emine-
pulsans decachordum Iesseus Dauid: diceres simul
cum uiuere: huic proximus iudicij vacans pacificus
Rex Salomon: putares in tribunali spirantem ius dicen-
te. sequuntur alij. In opposita parte, sunt tres illi in lege
naturae celebrati senes, Adam, Enoch, Noë: & postea
tacylsmum, non minus sua aetate celebres, Abraham
Isaac,

Isaac, la-
lumellis
postoli

POR-
tutu
cessarij
fuis, ex
scas ara
lutis &
ad hui
portae i
& fit ad
Adole
to ad S
bratio
ration
ta, & se
fi. Inte
idcirco
vt non
adaequ
praece
nunq

Isaac, Iacob. Latera ornant in similibus consistentes columellis, Prophetæ, Maiores, Minoresque; post hos, Apostoli & Doctores Ecclesiæ.

ARTICULUS XIII.

PORTA

Domus Sapientiæ.

&

CLAVIS.

PORTA Ædificij hæctenus depicti, quod constat virtutibus Christianis, Studio Sapientiæ maximè necessarijs, & in eius Anima, ad formam Domus, compositis, ex eadem est materiâ, è quâ Fundamētum, vt agnoscas æratâ quâlibet esse solidiorem. Est enim FIDES. Salutis & veræ Sapientiæ ianua: est Fides, sine qua frustra ad huius Palatij penetrare aspiras. Contra hanc Portam portæ inferi non præualebunt. CLAVIS, quâ aperitur, & fit aditus in Domum, est ORATIO. Quare nunquam Adolescenti ad litterarum studia, nunquam viro litterato ad Sapientiæ negotia, nunquam Doctori, ad lucubrationis & cathedræ officia accedendum esset, nisi Oratione præmissâ, tanquam aureâ clauē, claustrum admotâ, & seræ inserta. Ita fecerunt eximij Sapientiæ Studiosi. Inter quos, Thomas Aquinas, Doctor Angelicus, qui idcirco & in Philosophia, & Theologia ad eò excelluit, vt non minus acutissimis viris, qui illum sunt sequuti, adæquandi spem, quam subtilissimis Philosophis, qui præcesserunt, ostentandi gloriam præciderit, quoniam nunquam ad Sapientiæ Ædem, nisi Orationis Clauē

Q 3

apertam